

Idem dicit Strabo pag. 499. Circa illud promontorium multae insulae sitae sunt, vocatae Coins. Vinc. p. 292. De eodem promontorio, iterum viso ab Hierone Solensi, loquitur Arrianus in Expedit. VII, 20, 15. sqq. Populus circa Maceta a Plinio VI, 23. et Strabone XVI. p. 526. vocatur Macae. Unde Salmasio in Arriano legendum videtur *Μακίδα*, a nominativo *Μακίς*. Plinius a Carmaniae promontorio ad Macas trajectum LM pass. distare dicit; Strabo majus esse ostium freti dicit, pag. 500, quam ut una die trajici possit. Vera latitudo est decem miliarium.

8. *ἡ ἐρυθρὴ θάλασσα*] vide notam ad 37, 4.

9. *ἐπ' αὐτὴν* sc. *ἄκρην*. Mens Onesicriti erat, ut relicta Carmania ad Arabiam transirent, eamque circumnavigarent. Immense vero errat Raphelius, si promontorium illud pro Africa habet, et nunc Onesicritum maluisse dicit, terrestri jam itinere ipsos ad Alexandrum reverti. Ceterum Arrianus eandem Onesicriti et Near-

chi diffensionem eodem modo narravit in Expedit. VII, 20.

11. *περὶ*] sc. ab Indo per Arabitas, Oritas et Gadosos in Carmaniam.

13. *ταῦτα ἐνίκαι*] sc. in concilio praefectorum. Ceterum revera de salute talis classis, qualem Nearchus ducebat, desperandum fuisset, si Arabiam circumnavigare conata fuisset. Aliter vero instructus erat Alexander (VII, 20.). „Invitabat eum (ad subigendam et circumnavigandam Arabiam praeter alia) opulentia regionis, quod audiverat, in palustribus ejus locis casiam nasci; ex arboribus myrrham et thura legi; ex fruticibus cinnamomum rescindi; prata sua sponte nardum gignere. Quod ad magnitudinem regionis attinet, Arabiam maritimam non India minorem esse acceperat, multasque ei insulas adjacere, frequentes praeterea portus in ea esse, qui possent et stationes praebere classi, et urbes, in quibus hospitio excipi possint, hasque esse opulentas.”

XXXIII. Ἀλλὰ ἐπλωον ἱ
γὰρ ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ ἄραν-
τες τῇ γῆ προσεχέες· καὶ
πλώσαντες σταδίους ὡς ἑπτα-

XXXIII. Mota igitur clas-
se, proxime terram navigan-
tes, dcc stadia emensi, ad
aliud littus, cui Neoptana